



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Antonii Milliei, Lvgdvnensis, E Societate Iesv, Moyses  
Viator**

**Millieu, Antoine**

**Lugduni, 1636**

V. Traiectus maris rubri: Pharao & Ægyptij aquis obruti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69066)



LIBER QUINTVS.  
 TRANSITVS MARIS  
 RVBRI, ET ÆGYPTVS  
 NAVFRAGA.

1  
 Via recta  
 per Phi-  
 listhæos  
 relicta.

Samson  
 olim vi-  
 ctor Phi-  
 listhæo-  
 rum.  
 Iudic. 16.

Circun-  
 ducti Is-  
 raelitæ  
 cur.  
 Exod. 13.  
 17.

2  
 Socoth  
 secunda  
 mansio.

**H**Ac duce victores Phariis à finibus ibant,  
 Quà dextrum designat iter vexillifer Ales,  
 Ne qua Philisthæis occurrant prælia regnis,  
 Quà breuior via læua patet: sed Martia campos  
 Gens habet, & foetas armis latè obtinet vrbes,  
 A Casio prætenta mari, qua littora currunt  
 In Tyrios: nondum populis venère domandis  
 Tempora; nascetur quondam, qui vertice sacro  
 In tonsus, iungat vulpes, hostique superbo  
 Callidus illudat, latèque incendia spargat  
 In segetes; Gaza auulsas à cardine portas  
 Auferat in montes, media inter vincula liber;  
 Et captus vincat meliùs, cum crine renato  
 Impia conuulsis euertet templa columnis  
 Victor morte sua; ponètque trophæa ruinâ.  
 Nunc ad bella rudes aliò traducere visum  
 Infacidas, ne prima statim certamina frangant,  
 Auertantque fuga studio; volat aurea nubes  
 In Boream, Socothémque super statione secunda  
 Fixa, locum castris umbra metante pependit  
 Solis ad occasum; sensimque rubescere flamma  
 Incipit, ut populis nocturno alluceat igni.

Auspicium

Auspicium fessi lato clamore salutant,  
 Et pariter fixere pedem, spatisque dirempri  
 Expediunt vasa, atque domos sub pellibus abduunt,  
 Unde loco Socotha faciunt umbracula nomen,  
 Pangendisque dies olim celeberrima scenis.

Instaurant epulas, & liba hesternae frequentant  
 Azyma; gratantes puris sacra otia cœnis.

Mox secura quies placidis complexa sub alis  
 Porrigit aulaeis fusos, aut pulvere sternit:

Nec senus iubet excubitor meminisse laborum.

DVLCE sopor vacuis operum, curaque solutis.

Manè redit nubes, tutamque immota quietem.

Continuat castris; prædas sub Sole recensent,

Et pecora; agnoscuntque suos, & singula lustrant,

Donec Ethameis lux tertia sistat arenis.

At Pharij, quanquam facies tristissima regnum  
 Incestat, cunctique lares sua funera plangunt,

Ut videre domos vacuas, agrosque colonis

Desertos, subito in furias vertere dolorem.

Anxia precipiti passim trepidatio fama

Spargitur in vulgus, Procerumque per atria currit,

Hebraeos rapuisse fugam, simulataque furtis

Obtendisse sacra, ut spoliis Mareotidos aucti

Post tantas patriæ strages, afflictaque regna

In dominos versis importent agmina signis,

Extrusosque focus rapiant seruilibus armis,

Aut sibi delecto condant in Principe regnum,

Insensasque Pharo sociant sibi fœdere gentes.

Arsuram facibus Memphim, queis præbuit ignes,

Concussos rumore animos, prædamque timentes,

Ereptis per fraudem opibus, non mollibus urget

In ferrum Pharao stimulis, atque imperat arma.

Quid lacrymis opus, ô Cives? quo iure quis audet

K 3

Hic

Socoth  
 taberna-  
 cula.  
 Festum  
 taberna-  
 culorum.

Etham  
 tertia mā-  
 fio.

3  
 Fama  
 vulgat  
 fugā Is-  
 raëliarū.  
 Exod. 14.  
 5.

4

150 MOYSES VIATOR.

Pharao  
hortatur  
suos ad  
persequē-  
dum.

Hic sua damna queri, Superosque laceessere verbis?  
Jam culpa fortuna vacat; neque sidera peccant.  
Hoc nostrum scelus est, aut immiserabilis error:  
Sed scelus est nostrum potius, quos clara monebant  
Monstra Deum infidam Nilo demergere gentem.  
Id veritus quam saepe dedi non mollia iussa?  
Defuit obsequium vobis: quam cadibus ante  
Hauferat, in pradam modo dat miseratio Memphim:  
Consiliis perit ipsa suis Aegyptus; & artes,  
Quas aluit, patitur Mosais victa venenis.

Spoliatio  
Aegypti.

O pudor! accessit tantis infamia probris:  
Illudunt dominis fures; & onusta triumphant  
Seruitia Aegypti spoliis! proh dedecus! ibit  
Collunies Hebraea? Pharaumque impunè pudendis  
Riserit insectata iocis? haud sidera vinum,  
Degenerem videant adeo Pharaona, nec armis  
Indecorem: reprimam iam nunc fugitiua latronum  
Consilia; & gressus errorum in vincla reducam.  
Protinus ante meos currus huc ipse trahetur  
Furcifer, & magicas laqueo dabit hostia fauces.

Clausa  
Israëlitis  
fuga.  
Exod. 14.  
10.

Arma, viri, rapite arma; fugam dum distinet equor,  
Præruptisque vetant hinc Belzephos ardua saxis,  
Magdalus hinc excelsa ingis, hinc siccus arenis  
Clausit Etham. Deus ipse fauens in vincula fontes  
Rursus agit, meritosque iubet dependere poenas.  
Nostra Diis nunc causa placet: seruilia sunt hæc  
Bella: manus arment fustes; crepitantia lora  
Incutite: hæc serui arma timent. Sic fatus in altos  
Insiluit currus, pronusque impendet habenis,  
Quadringosque agit at lymphata mente per urbem  
Vociferans: Qui resque suas, Phariasque tueri,  
Imperiumque velit saluum, mea facta sequatur,  
Damnosasque moras tollat: fauet hora, locusque  
Insidiis:

*Insiidiis : sponte in nostros it bellua casses.  
 Talia iactantem Furiis urgentibus ingens  
 Undique mox circum cursu glomerata virum vis.  
 Arma fremunt omnes campis, atque urbibus arma;  
 Aerea sinistra sonant, & raucis tympana tergo;  
 Accenduntque animos litui, clangorque tubarum.  
 Conueniunt peditumque manus, equitumque manipuli,  
 Quot sine delectu magnis è mœnibus vrbes  
 Vicinae raptis potuerunt undique telis  
 Fundere, quot crebris raptim dare flumina pagis,  
 Quot villa, quot tesqua viros: ruit omnis in arma  
 Aëria inferior, septem quæ secta fluentis  
 Oppida spissa sinu nutrit complexa trigono  
 Bubastim, Cabasam, Buthon, Scyatimque, Thalymq;  
 Mandesion, Tanim, Busirida, Pharmutacônque,  
 Et quondam Macedum chlamydem referentia gyro  
 Mœnia, Pellai iuuenis de nomine dicta.  
 Jam tum clara Pharo, & largâ populosa polentâ  
 Opportuna mari, Latiis olim horrea terris.  
 Jam decies centena virum Pharaona sequuntur  
 Millia, dant ipsæ galeas, & scuta lacertis  
 Uxores; armantque viros, hortantur, & urgent  
 Latronum prohibere fugam, vincis que retractos  
 Reddere, & vlcisci spoliatos fraude Penates.  
 Incendunt iras lacrymis: fatale maritis  
 Aurum inbiant, repetique iubent, Vulcania dona  
 Harmonie, & tinctas Nesso sanguine vestes;  
 Orbarique viris malunt, quam perdere gemmas;  
 FOEMINEI cultus adeo pretiosa libido est!  
 Et gaudere potest currente in fata marito.*

*Ipsa duces ruit in medios Regina Lycoris  
 Armato gausa viro, cen victor ouantes.*

*Jam referat manibus myrthos, fugitiuaque terga*

K 4

Ante

5  
 Egypti  
 armantur  
 vt subito  
 in tumul-  
 tu.

Alexan-  
dria.

Pharos.

Vxores  
armant  
viros.

Fatalia  
maritis  
monilia.

6  
Regina  
ipsa Pha-  
raonem  
urget.

152 MOYSES VIATOR.

*Ante suos agitet currus, prædãque reducat.  
Illa humeris aptat chlamydem, pectitque minaces*

Dat galeã  
& arma  
Regi.

*A galeã nutante iubas, quas aspides auro  
Tortilibus lambunt spiris; sagulo exerit ensis  
Ardentem gemmis capulum; tum casside clausa  
Oscula dura capit, letis successibus augur  
Felices memorat somnos, quos intulit Isis.*

Somniũ  
narrat.

*Vade, ait, auspicius Superis, mea vita, meum cor:  
Vade, vide, vince, atque redi, victoria votis  
Despondet se certa meis: te mane videbam  
Littore Erythrao fugientum terga prementem;  
Protea mox liquidis pecus omne excire cauernis,  
Squamigerosque greges summas cursare per undas,  
Atque tuos adnare pedes; tu larga iubebas  
Pabula præberi monstris obiecta marinis:  
Quin tute ipse tuã spargebas plurima dextrã.  
Mox video Ethiopum Proteo succedere gentem  
Alatam, & nigris plaudentem ad littora pennis.  
His etiam tu larga dabas in pabula prædam.  
Isacidum hæc inter penetrabant æquora turma:  
Attonita hærebam spectris, cum visa repente  
Inachis arridens dubios sic soluere somnos.*

Isis Regi-  
nam fallit  
somnia.

*Isacidas vrgens Pharao potioribus armis  
Coget Erythrao viuos se condere ponto:  
Sic Protei pascet pecudes fugientibus instans.*

Populi  
Æthio-  
pũ, cor-  
ui.  
Ps. 73. 16.

*Alati Æthiopes furui sunt littore corui,  
Qui falsis eiecta vadis mox viscera carpent.  
In manibus iam palma tuis: tantum utere fato.*

7  
Pharã  
præcep-  
tũ insequi-  
tur fugiẽ-  
tes.

*Hæc ait: assensere duces, plausumque dedere:  
At Pharao cristas quatiens, conosque comantes,  
Hasta mihi Deus, inquit, erit, seu dormit Anubis,  
Seu vigilat, curasque suas mihi commodat Isis.  
Vera dabo nunc fata manu. Quid vana moramur*

Somnia 3

Somnia ? non eget ambiguis certissima virtus.  
 Talia fatuus agit crispatis agmina pilis  
 Anteuolans ; primosque iubet vestigia currus  
 Falcatos Hebraea sequi : sexcenta quaternis  
 Plaustra sonant armata rotis : hinc inde coruscant  
 Axibus à geminis, ceu ferrea brachia, falces,  
 Obuia quaeque neci raptura : vibrantia summo  
 Spicula praecurrunt tectos temone iugales :  
 Pectora scuta tegunt, frontes mucronibus horrent  
 Cornipedum : dant arma feris & robur, & iras,  
 Atque animos, impunè viam sulcare per hostes.  
 Tres summa stant puppe viri, & iaculantur ab alto :  
 Quartus agit ferro fulgens auriga couinos.  
 Puluerulenta volat, quam sustulit ungula tellus  
 Quadrupedum : circum assiduis micat orbita flammis.  
 Haud secus ac cum solstitiis incanduit alto  
 Sole domus Cancræ, flammato sidere feruent  
 Brachia lata feræ, Nemeoëque infesta Leoni  
 Expandunt avidas falcato forcipe chelas,  
 Signiferæ quàm lata patet plaga torrida zona.  
 Haud aliter rapidis crebrescunt axibus ignes.  
 Tanta mole Deum contra Rex impius ibat :  
 Totque duces secum exitio, populosque trahebat  
 Salmoëus demens, qui non imitabile fulmen  
 Curribus & strepitu eripedum simularet equorum,  
 Et per ridiculos tonitrus oppedere caelo  
 Auderet ; mox ludibrium stridentibus austris  
 Cum sonitu periturus, & infelicis Erythrae  
 Successor bibiturus aquas, sine nomine ponti.  
 Nec decus est censere duces, pretiumve laboris  
 Illustrare viros, memorésque inscribere cedros  
 Nominibus, quos bella Deo Titania rursus,  
 Et paribus iurata odiis, & mente moentes

Equita-  
tus Pha-  
raonis.

Sexcenti  
couini  
currus  
falcati.

Cancro  
cœlesti si-  
miles.

Pharao  
Salmo-  
neus al-  
ter.

Erythraei  
hæres ma-  
ris.

Sine no-  
mine du-  
ces & mi-  
lites Pha-  
raonis.

154 MOYSES VIATOR.

Mulctatos ignominia, fama que minutos  
 Obruit unda vadis, pelagique voragine merfit.  
 Et quorum obscenos pauere cadauera cornos.  
 Sat fastis vnus Pharao, memorabile nomen  
 Participant omnes duri, lucique rebelles.

8

Tertia  
 mansio E-  
 tham.

Moyfes  
 cognofcit  
 Dei con-  
 filium.

Mulier  
 amicta  
 Sole.  
 Apoc. 12.

Luna sub  
 pedibus.

Stellata  
 corona.  
 Parturiens.

9

Draco  
 rufus in-  
 fidiat  
 parturiens.

Capita  
 feptem,  
 cornua  
 decem.

Septus Ethamais biduo iam federat oris  
 Hebraeus, iam tertia nox intenderat umbras,  
 Cum Moses de more Deum veneratus, obibat  
 Castra vigil, voluensque ingentes pectore curas.  
 Protinus in caelo magnum, & mirabile signum  
 Apparet, Vatisque oculos, mentemque moratur  
 Augusta specie Mulier, maiorque videri  
 Humana, cen foeta Deo, coelique beata  
 Connubiis: nam Lucifero velatur amictu  
 Solis, & incedit radiata splendida palla  
 Solis habens pro veste iubar: conuexa sub ipsos  
 Subiecit se Luna pedes, & cornua flectens  
 Ad terras, lucem ex pepli bibit amula limbo,  
 Exultans radiis, gauisique pondere tanto.  
 Excelsum Diua astra caput duodena coronant,  
 Stellatusque comas ex auro circulus ambit:  
 Sed pregnante utero sentit vexata dolores;  
 Et gemitus dat parturiens, dextramque fauentem  
 Lucina clamore vocat; connixa fluentes  
 Soluitur in lacrymas, & caelum fletibus urget:  
 At cunctatur opem Pater ipse afferre gementi.  
 Donec parte alia haud minus admirabile monstrum  
 Adstitit in caelo, & partum formidine pressit.  
 Immani se mole Draco contra alta ferebat  
 Sidera, cui ruffis ardent asferrima squamis  
 Terga; tument septem capitum stridentia colla,  
 Lernaisque procul spumant totidem ora venenis.  
 Dena super capitum surgebant ardua cristas

Cornua,



Cornua, queis robur, quo fraudes adiuvat ira:  
 At septena premunt capitum diademata frontes.  
 Ingens cauda retrò, ingentique volumine surgens  
 Nexibus implicuit stellas, rigidòque voluta  
 Agmine per caelos verrit stellantia Divùm,  
 Atria, detraxitque polis mœrentibus astra.  
 Tertia pars cecidit cœli laquearibus aureis  
 Immanem sectata feram: tumet Hydra rapinis,  
 Et cauda vidtrice ferox; contràque labores  
 Parturientis auct rabidos attollere rictus.  
 Ora aperit septena, avidis si faucibus infans  
 Matre cadens queat infausto se condere partu:  
 Hoc petit, hoc inhiat, præda tantùm instar in illâ!  
 Hac omnes mutare velit; quia masculus infans,  
 Deuotùmque caput regno; cui monstra tremiscunt  
 Tartarea, æternisque Draco dare guttura vinclis.  
 Casta faue Lucina, marèmq; à Virgine partum,  
 Suscipe: prætendit dextram Deus obstetricem.  
 Sustulit ipse Pater natum; rapuère canentes  
 Aligerùm per inane chori, solioque paterno  
 Infantem posuère: sedens hinc temperat orbem  
 Legibus, & valido moderatur secula sceptro.  
 Tum subito apratis sibi Virgo puerpera pennis  
 Æthereâ præbente Aquilâ, se sustulit alto  
 Aère: sic mundi volitans deserta pererrat,  
 Eludique minas, & tela inimica Draconis:  
 Nam tutantur eam aligera, pascuntque phalanges,  
 Inde premunt serpentem armis, atque æthero turbant.  
 Signa mouet Princeps Michaël, & desuper Hydra  
 Ingruit: illa cadens transfixo pectore flammis  
 Frarum eruètat; sed fracto robore reptans  
 Debilis; atque solo iam lenta volumina versat.  
 Insequitur tamen usque fugam, puerique parentem,  
Iuratis

Cauda  
 verrens  
 stellas.

Inhiat  
 partui  
 masculino.

Inuidia  
 in regnũ  
 Dei.

IO  
 Mulier  
 feliciter  
 parit, Deo  
 obstetri-  
 cane.  
 Hæres re-  
 gni filius.

Prouidẽ-  
 tia in ma-  
 trem.

Angeli  
 tuclares  
 Synago-  
 gæ, & Ec-  
 clesiæ.

Inuidia  
 victi Dia-  
 boli.

156 MOYSES VIATOR.

Vomit  
ore flu-  
uium.

Terra ab-  
sorbet  
fluum.

11  
Allegoria  
Signi ma-  
gni.

Caput  
impiorū  
Diabolus;  
que eius  
membra.

Persequu-  
tores Ec-  
clesiæ.

Pharao  
primariū  
Belluæ  
cornu.

Positus in  
scopum,  
& exem-  
plum.

12

*Iuratis inimicitis : tum pectore toto  
Lernaam eiecit viscosa tabe paludem ,  
In fluum latè excurrit cœnosa vorago ,  
Si possit retinere fugam, & vestigia matris  
Sistere, vel tetro socios haurire profundo.  
Sed matrem & sobolem, fidôsque in bella sodales  
Defendit miserata pio sub pectore Tellus ;  
Immensôque lacum, & fluuios siccauit hiatu ;  
SANCTORVM arumnas Terra vno funere soluit ,  
Acceptâtque sinu cineres, seruâtque sepulcro ,  
Cum castas Virtus animas transcripserit astris.  
Hic primi serpentis habent molimina finem.  
Talia dum secum voluit spectacula Moses  
Multa putans, spectâtque tuos Ecclesia tractus ,  
Et longam seriem rerum, quas abditus ordo  
Saclorum inuoluit gremio ; cognoscit ab euo  
Exortas inimicitias, Stygiique Draconis  
Inuidiam, qui se caput, authorémque professus  
Impietatis, agit socios in bella Tyrannos ,  
Impositôsque suo Reges fert Bellua dorso.  
Ac velut insane ceruici harentia iactat  
Cornua, queis cœlo decertans ventilet orbem ;  
Nequicquam ; nam dextra Dei & suprema potestas  
Ut clypeo tegit vsque pios, valloque coronat.  
Sed Pharao pompæ Princeps, quam Bellua ducat ,  
Eximius Reges inter, memorabile cornu  
Orcino ex adamante gerens, supereminet omnes ,  
Venturôsque docet factis, quò se vsque malorum  
Sponte sua indurent furiis mortalia corda.  
Ergo illi capit arma Deus, positumque sagittis  
In signum vacuat pharetras ; & destinat arcu ,  
Et vatem sic voce monet. Flecte agmina retrò ,  
Quo mox regrediens referet se tramite nubes*

Phiaïron

Phiairon versus, celsam qua Belzephon inter,  
 Magdaliâsque iacet rupes, super aquoris oras.  
 Ille locus castris; illa statione patescet  
 Libertas, ipso spondet quam nomine tellus.  
 Huc cecis Pharaô furis vos usque sequetur;  
 Haud impunè pedem tulerit malè prouidus ultra.  
 Hic spes Isacidum inuat explorare, fidemque,  
 Et capita EXCETRÆ traehis calcare sub undâ.

Vix ea fatus erat, nubem mouet impiger Ales  
 Sublimem, & thyrso ingenti surgente per auras  
 Castra regit, retrôque viam, qua dextra retorquet  
 Aegypto interior, tandèmq; in littore sidit,  
 Inclinata dies cùm iam protenderet umbras.  
 Hinc rupes atque inde tegunt, præruptâque saxa  
 Procurrunt prætenta iugis in litus utrinque.  
 In medio campus castris; à fronte sonantes  
 Purpurei frangit fluctus maris agger arena.  
 Nec Babylon procul à tergo, & via regia magna  
 Mempheos, & densis instans exercitus alis,  
 Et Pharaô spirans iras, & Taneos arma.

Quid faciant trepidi Isacida? fuga clausa; nec  
 usquam

Tuta salus patet: ipse Deus dare visus inermes  
 Hostibus armatis: fessi vix puluere vasa  
 Deposuere humeris: cernunt à Principe missas  
 Explorare equitum celeres vestigia turmas;  
 Et propè iam auditi currus, clamôrque sequentum,  
 Puluereâque vident volui caligine nimbum,  
 Confusâsque simul voces, & Martia ferri  
 Hortamenta virùm, & chalybem stridere rotarum.  
 Horrescunt, primùmque stupent, pallèntque silentes,  
 Suspensi quò tanta paret se vertere moles.  
 Maturis ut cùm processit frugibus æstas,

Moses iu-  
 betur du-  
 cere in  
 Phiairoth  
 Exod. 14.  
 2.

Ibi ten-  
 tanda spes  
 populi:  
 caput  
 draconis  
 ibi cõtri-  
 bulandû.  
 Psal. 73.  
 13.

Columna  
 præit.

Castra ad  
 Phiai-  
 roth.

Situs ca-  
 strorû ad  
 pugnam.

13  
 Israël  
 trepidatio  
 Spei ten-  
 tatio.

Instat  
 Pharaô à  
 tergo.

Simile.  
 Calami-  
 tas im-  
 minens  
 fegetibus.

Spes

158 MOYSES VIATOR.

Spes anni iam parturiens, si nubibus atris  
 Tempestas cumulata sonat, quam pigra paludum  
 Stagna fouent, densatque vapor fumantibus undis,  
 Confluctuque agitant stipatam grandine venti,  
 Nunc Aquilo, nunc Auster agit, violentior aufert,  
 Diuitibusque impingit agris; iam saxensimber  
 Obruit arua satis, calamósque, & semina sulcis

Timor &  
 luctus a-  
 gricola-  
 rum.

Miscet agens intrita gelu, laceratque syluis  
 Verbere poma iacent; nulla est cum frondibus arbor:  
 Ingemuere boues ipsi; genua agra colonis,  
 Quassaque corda labant, nec spes plorare caducas,  
 Afflictasque domos cessant, inopemque senectam.

Despera-  
 tio Israë-  
 litarum.

Haud aliis panidi Isacida clamoribus astra  
 Confusis onerant rebus; nec cingere vallo  
 Castra animus, nec se, & gnatos defendere fossa;  
 Tartareus, nempe, ille Draco, cui cornua surgunt

Diabolus  
 tristitiam  
 acerbat.  
 Acedia  
 qualis.

Septenum capitum innumeris ramosa colubris,  
 Tristificum vellens unum de cornibus anguem  
 Coniicit in medias acies, ignobile monstrum  
 Spéque, animisque carens, nunquam non puluere  
 voluens

Triste caput, suctum assiduis stridere querelis,  
 Et puros maculare dies, & spargere tabem

Murmur.

Faucibus, & saeuum in populis incendere Murmur.  
 Hoc illi studium, & nomen Feronia mater  
 Indidit, & lacrymis Acherusia lactat amaris.

14.

Populi  
 murmur  
 in Mosé,  
 & Deum.  
 Exod. 14.  
 10.

Extemplo deiecti animi, fiducia cessit  
 Pectoribus: lacerant probris Mosémque, Deúmque.  
 Publica vox haec una fuit: Feralia, nempe,  
 Defuerant nobis Pharia tellure sepulcra?  
 Et fornacum inter cineres sine honore negasti  
 Occidere, ut vasta cumulos crudelis arena  
 In tumultum, titulosque dares? monumentaque tantis  
 Sumptibus

Sumptibus Ambitio, tantisque insana ruinis  
 Erigeret? quin te potius flexere precantum  
 Tot gemitus? cum principio per monstra parares  
 Exturbare Pharo gentem, patriisque vagatum  
 Sedibus eiicere, & diris obtrudere fatis?  
 Felix, heu! nimium felix Israhia proles,  
 Si te istis nunquam tentasset fraudibus Augur.  
 Seruires Phariis, laribusque beata maneres!  
 Quam rapies miseranda fugam? negat inuisa saxis  
 Hinc tellus, atque inde: negat, quod gurgite claudit  
 Has pelagus fauces, seuisque euerberat undis.  
 Durior hinc saxis Pharao, & truculentior ira  
 Oceani, quem laesa fides, tot funera, tantique  
 Irritant casus, & causa hac perdita Memphis.  
 Seuus? homo tamen est Pharao, & precordia gestat  
 Humana; ignoscet miseris, quos abstulit error;  
 His lacrymis veniam dabit, & miserebitur ultro.  
 Quin imus? fassique reos nos dedimus hosti?  
 Talia voluentes animis, & voce querentes  
 Magnanimus contra Vates sic ore coercet.  
 Sicne etiam ceci Isacida, durique negarint  
 Tot gestis aperire oculos, & fidere caelo  
 Pignoribus tantis, qua vel praesentia spectant,  
 Attrectantque manu? quid enim prisca illa reuoluam,  
 Quae patrum veneranda Fides obnoxia cessit?  
 Immemores etiam hesternae obliuiscimur acta?  
 Maerorat osne hostes? auerruncumne cruorem  
 Liminibus? quorsum illa polo tam lucida flamma  
 Ante oculos pendens, & nulla in nocte tenebris  
 Vincibilis nubes? ea nunc hac lampade sola  
 Auersas a luce acies configere possit,  
 Ingratisque animis stupidam depellere lethum.  
 Non pudet, heu! lapides fibris Pharaona gerentem  
 Saxiferis

Optant  
Aegyptum.

Redire  
volunt ad  
Pharaonem.

15  
Fiduciam  
suadet  
Moses.

Notat re-  
centia mi-  
racula, &  
praesentia:

Obiicit  
stuporem  
animi.

160 MOYSES VIATOR.

Saxiferis superare animis, & pectore caco?  
 Nec vos illa mouent in duram verbera mentem,  
 Diuina intentatâ manu? Si fabula vobis  
 Haecenus ista geri visa est, & plaudere nondum  
 Concessum est; tantisper adhuc spectate sedentes.  
 Finis adest tragico Regi; iam iamque parantur  
 Eumenides cincta flamma, & serpentibus atris.

Catastro-  
 phe Pha-  
 raonis.

Imminēs  
 Pharaoni  
 exitium  
 prædici-  
 tur.

Sint secu-  
 ri, Deus  
 pugnabit  
 solus.

Aspicite Aegypti vires in bella mouentem,  
 Sectatosque ducem populos tot rura tegentes;  
 Haecenus hos vidisse licet; nec deinde licebit.  
 Impellet Deus hac vno tanta agmina flatu.  
 Ne trepidate; manum nemo hinc admouerit ensi,  
 Nec iaciet lapidem funda, nec spicula cornu;  
 Ut Deus hoc palmam solus certamine tollat,  
 Unde humana queat sibi nil decerpere virtus.

16.

Orat opē  
 Moses.  
 Scinden-  
 dum Vir-  
 ga mare.

Sic fatus, de more manus ad sidera tendens  
 Poscit opem, pactique Deum memorem esse precatur.  
 Ille iubet Virga percussos scindere fluctus,  
 Siccatoque nouum per iter rapere agmina fundo;  
 Illicium Pharaoni ut sit pellacia ponti,  
 Insidiisque locus, queis capta superbia fastus  
 Calcandos sub aquis, imaue voragine ponat.

Imminēt  
 Hebrais  
 Aegyptij.

Columna  
 mediam  
 se inter-  
 ponit,  
 claudens  
 agmen.

Interea iam prima acies Aegyptia ferme  
 Teli intra iactum stabat, postremaque castra  
 Isacidum turmis equitum praegressa premebat,  
 Falcatiue aderant horrendo turbine currus,  
 Et furias Pauor anteuolans, cum nubifer Ales  
 Regrediens in terga trahit cum nube columnam;  
 Ut vallum obiiciat Phariis, & nube sequestrâ  
 Inter utrasque acies hostilia reprimat arma,  
 Niliacis atrâ illudens caligine castris.

Agger  
 nubis me-  
 dius.

Nam medio stetit ingentis velut aggere muri,  
 Diuisitque acies tenebris, & lumine; miris

Inde

*Inde nigrans tenebrosa modis, & nocte tremendâ  
Memphitum terrens cuneos, ne cernere iuxta  
Ifiacas possent turmas, nec tendere contra,  
Ceu vetet obiectu nigrum chaos, aut Stygis umbra.  
Hebrais hinc clara nitet splendore benigno,  
Et longè radios Erythraeis iniicit undis,  
Illustrans castra & pelagus, qua tramite recto  
Debet in aduersum populus transmittere littus.*

Gemina  
facies co-  
lumnæ,  
sicut spe-  
culi, luci-  
da & plú-  
bea.

*Ceu nitet ingentis speculi laeuissima puro  
Lamina crystallo Solis, quam verberat ardor  
Aduersis feriens radiis; quos fronte remittens  
Duplicat opposita, coelique reuerberat ignem,  
Oblita ponè atro stupet obscurissima plumbo,  
Nec Solem admittit, neque vultus accipit ullos.*

Speculo  
similis.

*Sic gemina lucem & tenebras dat fronte columna.  
NEMPE, ALIIS diuina Fide Sapiencia lux est:  
Et tenebrosa aliis eadem Sapiencia nox est.*

*Voce Dei facile è tenebris splendescere lucem,  
Qui iungit tenebrisque dies, tenebrasque diebus.*

*Densa super littus circumstant millia Mosem,  
Spectaturi oculis vellenda repagula Nerei,  
Oceanoque tuas leges, Natura, reflexas:  
Nec Fidei credunt ausus succedere tantos,  
Donec voce viri cernant abscedere fluctus.*

17  
Hebrai  
intenti ad  
miraculū  
scindendi  
maris,

*Conueniunt confertim auidi, iamque omnis in acta  
Stat populus, primasque frequens spectator arenas  
Ore tenuis propè littoreis obsederat undis:*

*VSQUE adeò noua mortales miracula captant,  
Postquam desierint mirari, aeterna tuentes!  
Ut Vates videt intentos, sic ora resoluit.*

Quidam  
in aquis  
stantes.  
Moyles  
renouat  
attentio-  
nem.  
Fidem ex-  
citat.

*Ifacida, dubitatis adhuc, num dextra Tonantis  
Hoc nobis mandarit iter? ductūque secundo  
Fecerit hanc huc usque viam? facturāque deinceps,*

L      *Vestrāque,*

162 MOYSES VIATOR.

*Vestrâque, vósque regat? nullo numerate priora  
Tot iam mira loco, per me licet; ire per undas*

Promittit  
viam per  
medium  
mare.

*Iam nunc ipse Deus siccis iubet agmina plantis.  
Hos aperit Virga fluctus, refugumque repellit  
In latera Oceanum, & solidos medio equore campos  
Littus in aduersum, hoc vobis à littore pandit.  
Ite, Deique manum pelagi spectate profundo:  
Nec vos terrificet Pharao; Deus imperat undis;  
Congregat, & discludit aquas, & voce reducit  
Magnificâ; seuum quatit imperiosa tridentem  
Vox Domini, qua purpureo vos equore saluos  
Transmittet; Pharios eadem nunc gurgite merget.*

18

Percussu  
& lectum  
mare.

*Dixit, & inflictâ validè secat equora Virgâ.*

Dissiliit,  
vt rupta  
glacies.

*Aridus auditur fragor alto marmore, rectâ  
Littus in oppositum pelago fissura cucurrit:  
Haud aliter, quàm cum glacie concreta paludum  
Dorsa sonans radit pulsus Aquilonibus Auster,  
Et subter calfecit aquas; inflata repente  
Vnda tumet; mox dissiliunt secto equore stagna  
Fissilibus crustis; ceu sint perpeffa secures,  
Aut cuneos, scissoque gelu sola vitrea stridunt.*

Terra a-  
perta, &  
via in me-  
dio.

*Sic fractis sonat equor aquis, longèque debiscens  
Terram aperit fluctus inter, surgentibus undis  
In cumulos hinc inde: vadis voluntur in altum,*

In muros  
hinc inde  
furgunt  
aquæ.

*Per latera undarum montes, & tramite largo  
Laxantur spatia in mediis, ubi pontus arenis  
Nunc erat: erectæq; tenent latera ardua moles,  
Crystallum simulante salo; quanquam humida lymphis  
Mobilibus natura manet, liquidoque meatu*

Erât aque  
liquida,  
& per-  
meabiles,  
quanuis  
stantes.

*Admittunt penitus tactum: neque destluit humor,  
Nec glacie rigidus stupet, aut imperuius horret.  
Hinc inde attoniti liquido stant marmore pisces,  
Excelsosque natant scopulos; si fortè ferantur*

In



In transuersa, cadunt pelagi de montibus altis  
 Precipites, siccâque vadi eliduntur arena.  
 Quæ primis steterant in aquis ad littora turba  
 Spectatura operis propius miracula tanti,  
 Mirantur vanescere aquas vestigia circum,  
 Immotâsque mari plantas herere fugato.  
 Obstupuere omnes visis; patet altera contra  
 Terra elata solo per latas limite fauces.  
 Ipse Deus premunit iter, siccâtque lacunas  
 Ingentes, solidâtque vias *Ædilibus Austris*:  
 Mandat enim spirare Notos flagrantibus alis,  
 Qui flatu depressa vado limosa paluâstri  
 Abstergant, cumulôsque ruant extantis arena,  
 Et teretes summo sternant in puluere baccas,  
 Aurea ut inspersis splendet glarea gemmis.  
 Jamque sub occasum Solis diuisa patebant  
 Equora; iamque vadis Prester ardente fauillâ  
 Hauserat humentis putres vliginis algas,  
 Ut siccis passim pedibus calcare liceret  
 Nunquam luâstratos Phœbea lampade tractus.  
 In vada descendunt posita formidine turmæ;  
 Frontibus equatis Tribuum bis sena subibant  
 Montibus equoreis vitreos intra agmina muros,  
 Qui dextra, lænâque tenent immobile marmor,  
 Et liquidis altè pendentes cantibus undas,  
 Velinolas nuper quâ venti egere carinas.  
 Terga tegens sequitur Nubes, quæ lumine largo  
 Adspersit stantes utraque crepidine fluctus,  
 Purpureis que ferit radiis crystallina septa:  
 Illa trahunt varios infusa luce colores.  
 Mille repercussos variant *Thaumantides* arcus.  
 Rorida nectareis liquuntur sidera guttis,  
 Perfunduntque hilares animos, & corpora mulcent

Spectatores  
 mira-  
 culi.

Via lata  
 in aduer-  
 sū litus.

Veto sic-  
 cata &  
 compla-  
 nata vada.

Et strata  
 gemmis.

19  
 Munita à  
 Deo via  
 iam sub  
 occasum  
 Solis.

Hebræi  
 ingrediū-  
 tur mare.

Nubes il-  
 lis à ter-  
 go prote-  
 gens.  
 Anteriora  
 illumi-  
 nat.  
 Facit Iri-  
 des varias  
 ad latera.  
 Cœli ne-  
 star stil-  
 lant, &  
 lætitiâ.

164 MOYSES VIATOR.

*Deliciis, frenata sonant festo equora cantu,  
Circunquaque choros versant delphines in undis,  
Incipiunt ipse Aligerum Paana cateruæ.*

20  
Allegori-  
cum.  
Angeli  
Pæanaſca-  
nunt pro  
typico  
Baptiſmo  
in mari  
ſub Moſe.  
In exitu  
Iſraël de  
Ægypto.  
Vox Do-  
mini ſu-  
per aquas.  
Vox Do-  
mini in  
magnifi-  
centia.  
Duplex  
Baptiſma  
figurâ &  
re.  
1. Corint.  
10. 1.  
Suſceptor  
Deus.  
Hebræi  
patrimi  
ſuſcepi  
ex aquis.  
21  
Chriſti  
Baptiſma  
quantò  
nobilius  
ab aqua  
Gratiz.

*Quis ſtupor attonitas vetat exultare Camænas!  
Cur citharæq̄, tubæq̄, tacent? cùm ſurda loquantur  
Æquora, & in numerum ſaliant per littora rupes?  
Et quatiant thyas ſis frondosa cacumina montes,  
Ceu ſalit in pratis aries, cùm verna per herbas  
Luxuries ſaturos iactat cum matribus agnos?  
Aduentante Deo pelagus fugit, & inga ſaltu  
Summiſſo trepidas inclinant vertice ſylvas.  
Promite, magnificas, Hebræi, promite grates.  
Has quoque vos elementa docent, quibus ipſe laborat,  
Et libertatem tantis modò parturit orbis  
Vindictis; Deus aſſertor, Deus optimus author:  
Magnificâ tonat ille ſuper gemina equora voce,  
Quæq̄ ſupra cælos ſe porrigit Amphitrite,  
Quæq̄ infra latis circumdat brachia terris;  
Ille parat vobis duplices in balnea lymphas.  
Inferioris aqua pelagi nunc barbarâ mergit  
Caſtra, Canopæos Hebræi nominis hoſtes:  
Vos pede perfunctos ſicco de gurgite tollit,  
Et ſub Nube ſuis ſuſceptos abluit vlnis,  
Ad fortunatas ferat ut trans equora ſedes.  
Solvite, magnificas patrono ſolvite laudes,  
Matrima progenies cæli, patrimique clientes.  
Felix poſteritas, quæ cælo undante videbit  
Oceani cœleſtis aquas Iordanis in alueum  
Deſluere, & Charitum nardos, & pinguis amoni  
Effuſos onyces ſacris innare fluentis!  
Lumine tum caſſi foetus, lethoque iacentes  
Inuenient vitam merſi genitalibus undis:  
Emergent vegetæ proles, nitidæq̄, iuuenta,*

Et

Et diram sub aquis mortem, scabiémque relinquent  
 Vipeream; niueis alacres in vestibus ibunt,  
 Quos super aetherei rorant nubibus ignes,  
 Quosque columbinis plaudens infederit alis  
 Spiritus, & plena Charitum perfuderit orca.  
 Altera tunc etiam Nubes erit aurea flammis.  
 Altera vox tonitru patefacto erumpet Olympo,  
 Magnificèque mouebit aquas in iusta gigantum  
 Funera, qua lotos emittant fluctibus agnos.  
 Pangite, mirificas, Hebraei, pangite palmas  
 Munifico vndarum Domino, qui frangit arenis  
 Insanos pelagi fluctus, & puluere frenat.  
 Ac velut infantem cunis, sic littoris alga  
 Fasciat Oceanum, nebuleq; inuoluit amictu,  
 Et liquidos nimbis ut vestibus alligat imbres,  
 Fluctibus obnubit terras, & fluctibus astra;  
 Fundatúmque mari gemino nutu explicat orbem.  
 Purgat aquis scelerum labe, mundúmque reponit,  
 Quem Lamechides seruauit mole carina.  
 Carbasus ille fuit, Remex, & Typhis, & aura,  
 Et Cynosura rati; quo fréta Noëmica pinus  
 Octo animas emersa maris lustralibus vndis,  
 Reliquias hominum, renouandis semina terris  
 In populos sparsit per cæli habitabilis oras;  
 Inde homines, DVRYM genus, ut de candice puppis.  
 Reddite, magnificas, Hebraei, reddite laudes,  
 Et celebrate Dei in pelago mirabile nomen.

Vocibus his, cantúque viam deducta terebat  
 Ifacidum domus, ut letis in vallibus ingens  
 Balantum grex ire solet, quem densa Molossa  
 Latratrix de gente canum custodia cingit,  
 Pastorúmque oculi vigilantes tutantur, & arma:  
 Pascua leta trahunt, viridésque à saltribus umbra:

L 3 Sed

Et Spiritus  
igni.S Spiritus  
in colum-  
ba.Vox Pa-  
tris in  
nube.Peccata  
mergēda.Oceanum  
Deus in-  
uoluit pā-  
nis infan-  
tiæ.Diluuium  
Noëticū.  
Mundi  
Baptisma,  
Typus  
Christia-  
ni.  
1. Petr. 3.  
20.22  
Deducit  
Deus po-  
pulū præ-  
sidio suo  
tutum.  
Ut pasto-  
res gregē,

166 MOYSES VIATOR.

Sed non tam riguis inuitant gramina cliuis,  
 Quàm calami mulcent dulces, quos rustica pubes  
 Inspirat; longæ duplicant Amaryllida valles:  
 Graminis oblita pascuntur carmine tonsæ:  
 Insidiatricum rabies it ponè ferarum  
 Terga sequens, ut si laxet custodia vallum,  
 Irruat indocilis feritas mansuescere cantu.  
 Haud secùs Isacidis Pharaò pergentibus instat.  
 Obiicit instanti tenebras medio aggere Nubes.  
 Instantem lætat fugiens, & sponte ruentem  
 In maris insidias, pelagique patentia claustra;  
 Tantùm non retinet; patiturque perire volentem,  
 Et iustà meritos Nemesis tandem implicat irâ.

Ægyptij  
 instant, ut  
 lupi.

23  
 Pharaò  
 non mo-  
 uetur mi-  
 raculo  
 scissi ma-  
 ris.

Diis suis  
 & sibi ad-  
 scribit.

Hortatur  
 suos ad  
 ingressũ.

Ventum erat ad Nerei fauces, & aperta profunda.  
 Prima acies ingressa vadum temerè ima petebat,  
 Præcipites agitans currus, quâ plaustra præibant  
 Isacidum, quâ pressa frequens patet orbita fundo.  
 Nam cæcum per iter, noctem funalia vincunt,  
 Et nebula obstantis tenebras: medio æquore monstrant,  
 Et circum vndarum montes, & stantia stagna.  
 Prodigium ut vidit Pharaò, neque territus heret,  
 Nec dubium miratur iter, nec querere causas  
 Oceani fugientis auet; sed tanta fauori,  
 Auspiciisque suis monstra imputat, & sibi demens  
 Blanditur, ludente mari. Non cernitis, inquit,  
 Nobiscum pugnare Deos? & iungere vires,  
 Quorum iuncta meæ, nimirum, iniuria causa?  
 Ipsa sinum pandit Tethys, camposque liquentes,  
 Spectatura meas utroque ex aggere pugnas.  
 Sic læsos vltura Deos fugitiua receptat  
 Agmina, quæ iam iam dominis ad debita dedat  
 Supplicia: audentes, Phary, mecum ite per vndas,  
 Quò belli fortuna vocat: decerpite palmas,

Queis

Queis salsos insueta serit Victoria campos.  
 Nulla dies similem vidit, nec deinde sequentem  
 Ulla parem visura dies: inuat ire triumpho,  
 Quà currum Neptunus agit: mihi terra, salūmque  
 Belligerant, cedente salo, si terra dehiscat,  
 In chaos usque sequar profugos: mihi fulguret aether,  
 Accipient lucem Manes, meaque arma pauescent.  
 Perficiam, Fortuna, tibi ne regia desit  
 Dexterā; neu cedat duris adamantina Virtus.

Talia iactantem ventosā plurima linguā,  
 Quadriuges acti furis per prona ferebant  
 In medias pelagi fauces: lectissima circum  
 Spēque, animis que tumens, cacāque cupidine laudum  
 Nobilitas paribus studiis effundit habenas.  
 Cum subito fallente vadi per lubrica curru  
 Dissiliēre rota; Pharaōque excussus ab alto  
 In latus: abripitur claudis auriga quadrigis  
 Longius, obliquos donec sabulum implicet axes:  
 Tunc etiam luctantur equi, & retinacula rumpunt.  
 Extemplō turbata acies: tum plurima Vatum  
 Turba mouet sortes, pro tanto sedula casu:  
 Ulterius pars ire vetat; pars omine flexo  
 Prendendam promittit humum, quancunque quadrigis  
 Presserit: Oceanum migrasse à littore fines,  
 Imperio noua ut accedat trans aquora tellus:  
 Ire iubere Deos, & iter præsternere ponto.

Diuersis Proceres studiis scinduntur. At Acron  
 Militiaq̄, domique bonus, nec futilis Augur  
 Consiliis, & mente sagax, Pharaona frementem  
 Affatur. Nihil, ô Pharaō, nos ista morantur  
 Excussis euenta rotis, neque cautus Aruspex  
 Hic quicquam damnare potest, nisi robur equorum,  
 Materiāque rota fragilem, cumulōsque saburra

L 4 Obstantes

Verus va-  
 tes, ne-  
 sciens  
 quid di-  
 cat.

24.  
 Pharao-  
 nis currus  
 malo omi-  
 ne haeret  
 abruptus.

Vatum me-  
 tus an-  
 ceptus.

Vana au-  
 guria.

25  
 Acron ve-  
 rus Vates  
 dissuadet  
 ingressum  
 maris.

168 MOYSES VIATOR.

Obstantes radius, & precipitantia lora.

Nam nihil hic, nisi manca manus fabrilis, & error.

Maiora  
monstra  
scissi ma-  
ris me-  
tuenda.

Illa magis metuenda reor, Rex optime, monstra,

Quae dextrâ, leuâq; vides. Nam, quem agmine calcas

In mediis nouus Isthmos aquis, secto equore valles,

Oceanusque loco excussus, nec mole dirempti,

Aggere nec medio stantes sine littore fluctus,

Eiusdem sunt acta manus, quam sensimus icti

Hactenus, attritique malis. Heu! vulnera tactu

Nostra recrudescunt, queis sic immittimus ungues.

Quo ruis? infidone potes confidere ponto?

Aut impendentes utrinque retundere fluctus?

Miracula  
solis He-  
brais ser-  
uiunt.

IPSE fidem fallit portus: legesne remittit

Arbitriis natura tuis? miracula tantum

Facidis seruire sciant tot iam ante subacti

Prodigiis. Quid reliquias regni que, tuumque

Extremis certas caput obiectare periclis?

Periculi  
certissimi  
magnitu-  
do.

Nam Phariis hac una super nunc alea rebus,

Summa tuis. Quid, si toties à Numine lesa

Subruat ira salum? ventisque restantibus undas

Restituant elementa vadis? quis deinde regressus?

Quae fuga? quisve dolor? NON EST TEMERARIA

VIRTUS.

Prudentia  
regia re-  
quiritur.

CONSILIIS, animoque cauet, ne Gloria fallax

Illudat, ne quod maculet sua dedecus acta.

Censuram sic nulla timet, neque poenitet usquam.

Nec verò me mortis agit tibi talia terror

Sincerum  
consilium  
fidelis  
monito-  
ris.

Occinere; haud unquam dederit sors optima lethum

Nobilius, quam te coram, tuâque arma tegentem

Occidere. Ingredior primus, fluctusque ruentes

Excipiam primus clypeo: sed dum integra rerum

Constat adhuc tibi summa, vide, quam impendeat

ingens

Exitium!

Exitium ! quanto pariat brevis hora dolores ?

Hæc Pharao contrà. Quid me, vanissime, terres  
Auguriis ? quid fœmineo de sanguine fingis  
Virtutem pallore tuo ? vitiũmque coloras  
Semiuiris ? nescit Pharao terrore teneri ;

Ille metum præ morte timet. COGNOSCERE TEMPVS,

Et rapuisse, puta Virtutem. Hæc prælia patrat :

Huic arti faciles defert Victoria lauros :

QVIN VIRTVS facit ipsa dies, & digerit annos,

Vt placuit, semp̄erque datis rectè utitur horis.

Sed quid ego has huc vsque tero ? dum terra, salumq̄,

Cunçta fauent elementa, mihiq̄ue Occasio seruit ?

Sic ait, & stricto præceps præit agmina ferro.

Mille ruant contrà Furia, mille ipse ruentes

In Furias truculentus eat, dum cæca libido

Induit ere animos, & Gorgone pectus obarmat.

Vsque ad eò humanas versat vafania mentes !

Nec stimulis cedunt vllis, nec pectore lucem

Aspiciunt, quanquam penitis fax indita fibris,

Intus alit flammæ, & lucem obtrudit honesti.

RARÒ ADEÒ emendant duratam verbera mentem ;

ET VIX vlla Deo spretum censura coèrcet.

Jam Pharinum pelago penitis successerat agmen,

Omnia tuta rati sub aquarum molibus ibant ;

Quartaque nocturnis vicibus iam buccina cantu

Ediderat signum, atque polo propè flexerat Arcton,

Spectabátque diem verso temone Bootes :

Cùm vigil è speculis, summâque inimica Columnâ

Prospectans in castra Deus, caligine Nubem

Exuit : hîc primùm senis crispantia flammis

Per summos exire apices, spargique per altum

Æthera, tum facibus Pharaonis in arma relabi

Fulgura ; velitibus iaculis, ceu prima laceffat

L 5 Prælia,

26

Pharao  
negligit  
fana con-  
silia.

Temeri-  
tatem cæ-  
cam, vir-  
tutem vo-  
cat.

Ingredi-  
tur obsti-  
nato ani-  
mo.

27

Vigilia  
quarta  
noctis ex-  
citus  
Deus ad  
pugnam.  
Columna  
ardēs igni  
vndique.

Prima ve-  
licatio per  
fulgura è  
sûma co-  
lumna.

170 MOYSES VIATOR.

*Pralia, ut à pugnâ cacos deterreat hostes  
Bellipotens spargit tepidas, ut tela, fauillas,  
Amplectique iubet, sumptis quam blandus in armis  
Suadet adhuc pacem, & mauult Clementia vincat.  
Sed Pharao chalybum incudes in pectore gestat.*

Ad gra-  
uia arma  
uentum.  
Angeli  
Equitatus  
Dei vtrin-  
que in  
montibus  
aquarem.

*Ergo Deus citat aligeras in pralia turmas,  
Et rapidas igni, & ventis sub signa procellas  
Cogit agens nutu, vallumque vtrinque coronat  
Militibus: steterant in equis nutu ocyus ala  
Innumeri iuuenum currus, cum fluctibus ignes,  
Coniurata Deo iungunt elementa quadrigas,  
Discordésque iugis sociant concordibus iras.  
Hi formant in equos fluctus, riuisque fluentes  
Ponè trahunt caudas sonitu torrentibus vndis.  
Ascendunt alij in Phocas, & mandere frenos  
Monstra docent, equitésque agitant immania  
cete,*

Equitant  
in flucti-  
bus im-  
mensis  
Angeli.

Monstris  
marinis  
horrendi.

*Pistrices alij longas, flectuntque lupatis:  
Omnibus horrifici vultus, & saeva trisulco  
Fuscina dente minax dextris: stat Terror utroque  
Margine, per summas pelagi malè pensilis oras;  
Insuetásque vias mortis tela ignea monstrant.*

28  
Moyse  
spectatus  
Ægyptiis  
minaci  
vultu &  
virga.  
Clangore  
tubæ cō-  
missa pu-  
gna.  
Prima  
acies.  
Dispositio  
fulminū  
à Colūna.

*Conspicuis summo spectatur in aggere Moses,  
Fatalémque quatit Virgam, dextrâq; minatur  
Prasidio aligerum septus sub nube coruscâ.  
Tum verò gelida coit formidine sanguis  
Omnibus, ut si iam mediis in faucibus Orci  
Eruelans barathrum fumos, & hiantia cernant  
Tartara: sed simul ut pugna dedit horrida signum  
Mortifero clangore tuba, Vexillifer Ales  
Concussit Michaël Nubem; qua vertice ab alto  
Mille dedit concussa faces, & fulmina mille  
Torsit in hostiles cuneos, longoque fragore*

Ex



*Ex aliis alios tonitrus abrupta tetendit.*

*Falcibus armatos currus ea prima repressit*

*Tempeſtas : fregitque rotas, vertitque ingales,*

*Excusſitque duces, manibusque abruptit habenas.*

*Ordinibus ruptis mox in contraria verſi*

*Cornipedes, flammisque ferunt fumantia plauſtra,*

*Falcatoſque trahunt axes in mutua nixi*

*Vulnera : perplexis acies ſeſe implicat armis.*

*Crebreſcunt clamor que virum, plangor que cadentum,*

*Plauſtrorumque fragor pariter : ruit omnis in  
altam*

*Congeriem armorum moles, & robur equorum.*

*Hortatur fruſtra Pharaon, curſatque per omnes*

*Vociferans pedumque globos, equitumque manipulos.*

*Postquam detonuit Nubes, multoque procella*

*Fulmine calfecit campum, & caligine textit,*

*Mutatur pugna facies : equitatus ab altis*

*Aggeribus ruit in medium, ſpumantia voluens*

*Flumina, & alternis legiones proluit undis.*

*Incipit à dextra Genius Tritona canorum*

*Fluctuago ſimulans in equo, pronoque volutus*

*In campum torrente equites Pharaonis inundat :*

*Allambitque rotas riuis, & flumine vertit*

*Obuia quaque vadis ſternens ; qua peſte Lycophron*

*Ante oculos Regis patrum correptus, arenis*

*Voluitur, & turmam rapido preit obrutus alueo.*

*Affixus tamen heret equo, nec caſſa remittit*

*Frana manu : fruſtra ſonipes animoſus in amnem*

*Luctatur, iactatque pedes, & pectore ſalſos*

*Eiecat reuomens fluctus : moriente Lycophron*

*Voce vocans Pharaona monet. Quò tendimus  
ultra ?*

*Sit ſatis hoc, ô Rex, animi tentaffe duello*

Tonitrua.

In falca-  
tos cur-  
rus.

Perturba-  
tio cur-  
ruum.

Strages.

Pharao-  
nis infa-  
nia.

29

Acies ſe-  
cunda.

Equites  
Angeli  
denoluſt  
fluctus, vt  
fluuios.

Dextrum  
cornu.

Tritonis  
eques.

Ducis Ly-  
cophron-  
tis caſus.

Moriens  
monet  
Pharaonẽ  
patrum.

In

172 MOYSES VIATOR.

*In pelagus medium usque Deos : fallax mare; regni  
Fortunam refer in terras. Nec plura gementem  
Vnda sonans, sociosque equites rapido equore versat*

Obruitur  
torrente  
fluctu Ly-  
cophon.

*In pelagi laeuum usque latus, campoque potitur  
Aliger in Tritone equitans, verritque profundo,  
Quidquid in occursum contra stetit impetus vnda.*

Dissimu-  
lat Pha-  
rao timo-  
rem.

*Palluit hic Pharaos, sed dissimulare timorem  
Ducit adhuc, & adhuc Superis pugnare decorum,  
Et sequitur tali raptatum voce sub vndas.*

30  
Pharao  
laudat  
morientē  
nepotem.

*¶, mea spes; Pharia Lycophon fortissime gentis,  
Quem propius mea spectabant in stemmate sceptras,  
¶, felix, vitæq; satur, laudumque tuarum;*

Hortatur  
alios eo  
exemplo.

*Quis defensa ornat te patria : Numina curant  
Si qua Pharum, nunquam istius crudelia fati  
Inuidiam, crimenque ferent : ego fata piabo.*

*¶, generosa Phari per tanta exempla inuentus:  
DECRETA est mors vna semel : sed causa le-  
genda est,*

*Non genus ; an pelago ? an flammis ? discrimen  
inane;*

31  
Læuum  
cornu.

*Nec nostri ius arbitry. Dum talia fatur  
Spem simulans ; læuo decurrit ab aggere ponti  
Alter eques Pistricem agitans, fluctusque sequaces*

Pistricis  
eques.

*Dirigit in turmas equitum, quas ducat Amasis,  
Pulcher Amasis, & Istiaci spes altera regni,*

Amasis  
Principis  
casus.

*Et socero Pharaone tumens, hunc spumeus amnis*

Pugna A-  
masis cū  
Pistrice.

*Pistricem referens rostro petit, ille sequentem  
Æolio confusus equo declinat, in orbes*

*Cornipedem spiris agitans : sed bellua praeceps*

*Lubrica Meandris, & flexu flumina torquet :*

*Cornipedemque, ducemque lacu complexus Amasim,*

Mergitur  
Amasis.

*Et celeres ala turmas sub gurgite condit.*

*Extulit ora vadis quadrupes, dominumque vocantem  
Ægialam,*

*Aegialam, & primos thalami fallacis amores  
Nequicquam ostendit cælo; vox irrita nomen  
Coniugis ingeminat. Quid te fidissima fiet  
Aegiale? fluctusne meos extinxerit ignes,  
Aegiale? viuax ardebit in aquore flamma.  
Tu quoque conde meas memori sub corde fauillas.  
Hic sub aquis mihi cippus erit. Vox faucibus  
hæsit*

*Hæsta freto. Vanum lacrymas impendere magnis  
Principibus, clarosque ducum percurrere casus,  
Præcipitata vetant uno tot funera fato.*

*Ut ruptis primùm aggeribus, sensimque solutis  
Externauit aquis medio Deus agmina campo,  
Et specimen belli ostendit; tunc undique pronos  
Ætherei iuuenes utroque è margine fluctus  
Prouoluunt, mixtique rotant torrentibus undas;  
Instaurantque vadis pelagus: sonat ima cadente  
Oceano Tellus: cæli porta alta remugit:*

*Montibus Æthiopum ceu præcipitantia Nili  
Stagna cadunt scopulis, vastoque elisa fragore  
Indignata fremunt, surdâque crepidine spumant,  
Exultatque vadis campo tandem aquor aperto.*

*Aut velut Alpinis largo cum plurimus imbri  
Iupiter incubuit syluis, vel anhelitus Austri  
Incanas hiemes, æternâque frigora soluit,  
Mille sonant hinc inde iugis undantibus amnes,  
Et sylvas & saxa ruunt, tum valle recepti  
Stagnantes mergunt tumulos, & in aquore condunt.  
Exanguis horrent Pharij surgentibus undis:*

*Heu quid agant? quænam miseri se ad Numina  
vertant?*

*Infesto tonat axe Deus; vestigia Tellus  
Ferre negat, vincique nequit sine nauibus æquor.*

*Hortantur,*

*Aegialam  
vxorem  
appellat  
moriens.*

*Aliorum  
tacendæ  
mortes.*

32  
*Confusa  
strages  
cadenti-  
bus vndi-  
que flu-  
ctibus.*

*Fragor  
Catadu-  
pis Nili  
similis.*

*Aut Al-  
pinis tor-  
rentibus.*

33  
*Timor  
ferus Æ-  
gyptiorum.*

174 MOYSES VIATOR.

Hortantur  
se ad fu-  
gam.

*Hortantur, clamantque fugam. DEVS ÆTHERE  
ab ipso*

*Militat Isacidis. Superest via si qua salutis,  
Vertamus iam terga Deo, terramque petamus.  
Iam nimis heu! fuimus fortes: posuisse decorum*

Fugiamus  
Israelem.

*Arma Deo, & madidas templis suspendere vestes.  
Sed Pharios, nimis angusto iam tempore, belli*

Pœnitentia  
fera  
nimis.

*Pœnitet, auersas votis Deus abstinet aures:  
Et Mosem iubet intentâ super aquora Virga  
Obruere hostiles turmas redeuntibus undis.*

Moses

Virga

sublata

restituit

mare.

Tertia a-

cies.

*Vix signum dedit ille manu, sensere iubentem,  
Et Phario iussi coeunt à littore fluctus,  
Occurruntque fuga; & trepidos, seroque gementes  
Desperare iubent terras; retroque repulsos  
In mare reslantes referunt à littore venti.*

34

An dam-  
nati om-  
nes, qui  
in rubro  
mari ob-  
ruti?

*Heu! QVANQVAM est extrema Deo dementia  
bellum*

*Importare homines, ubi iure insania semper  
Vincitur, & victis adimit victoria pacem,  
Et decus; HORRENDVMQVE manus incurrere lasi  
Numinis, & victo nusquam vitare potestas  
Supplicium; quod item Deus immiserabile sanxit;  
Me tamen, & molles pungit miseratio Musas*

An omnes  
fine pœ-  
nitentia  
mortui?  
Non ex-  
cusandi  
causa Æ-  
gyptiis.

*Tot casus, Ægypte, tuos, tam dira tuentes  
Naufragia, & miseras tot in vno gurgite mortes,  
Tot pariter cecidisse viros! etiâne peremptis  
Corporibus, mersere animas Acherusia stagna?  
Et Chaos & Phlegeton voluunt ardentibus undis?*

An Deus  
quibusdâ  
pœnitentiam  
de-  
derit tot  
signis.

*Heu miseras! si nec meritis sors vlla diremit,  
Quas armis iustum obsequium iungebat iniquis:  
Si iustum tamen obsequium est, vel iniqua iubentem,  
Et Regem Pharaona sequi? potiusne paternâ  
Credibile est seuisse manu, vel fulmine in ipso*

*Numen?*

Numen ? ut hinc etiam gereret Clementia partes  
 NVNQVAM iris exclusa suas ; ac sicut in orbis  
 Excidio, irrisam veherent cum flumina puppim,  
 Quam trabibus texi centesima viderat ætas ;  
 Contemptorque Dei populus conuitia fabro  
 Ingereret vati , ratus insanire carina  
 Artificem : postquam tandem fluere omnia ponto  
 Vidit , & aerias fastigia perdere turres ;  
 Excelsosque mari meruisse cacumina montes ,  
 Exclusos terris animos ad sidera vertens  
 Ingemuit ; gemitumque Dei placabilis ira  
 Audiit ; & multorum animas collegit amico  
 Carcere, quos acri pupugit reuerentia morsu  
 Numinis offensi , castaq; iniuria legis :  
 Sic & Erythrao caderet cum naufraga Memphis  
 Gurgite, & Aegypti gentes cum Rege perirent ,  
 Crediderim multorum animas iam morte propinquâ,  
 Cum patiens adeo castum Patris ira timorem  
 Incuteret, tempusque daret, causasque dolendi  
 Obiiceret, penitusque animos per signa moueret ;  
 Pœnituisse mali, & scelerum puduisse suorum.  
 Felices ! qui corporibus per littora sparsis ,  
 Elysium petiere animi, fluctuque piati  
 Et flammis, longa aspicient post sacula Regem  
 Venturum, qui tot iam dudum carcere clausas  
 Eripiet mentes, cœlisque immittet apertis.  
 Non solis pater Isacidis Deus ille Deorum ,  
 Communisque parens , populis ex omnibus optat  
 Progeniem ; & quouis sibi segregat equore pisces ,  
 Implebunt tractam Oceani per vasta sagenam.  
 Quod superest , Musa , exitium miserabile Regis  
 Exequere. Ut clausum refluo stetit equore littus ,  
 Iam valida hinc decumos aduoluunt flamina fluctus ,  
 Nec

Non continet in  
 ira misericordiâ.  
 Ut in diluuiio  
 Noëmi-  
 co.

Multis  
 data pœnitentia  
 salutaris.

Sic fortè  
 plerisque  
 Aegyptiis  
 data.

Stimuli  
 pœnitentia  
 qui.  
 Christi  
 aduentu  
 liberanda  
 animæ.  
 Deus pater  
 omnium  
 inuocantiū  
 illum.

Sagenam  
 omnia  
 congregat.

35  
 Clausa  
 vndique  
 fuga, quæ  
 naufragij  
 facies.

176 MOYSES VIATOR.

Nec secus in medium latere ex utroque ruinam  
 Subsidente trahunt pelago, scisso aggere muri.  
 Omnia pontus erat sine spe. Confusa feruntur  
 Plaustra viris, equites plaustris: mixta arma, iubaeq;  
 Cum galeis, & scuta natant, omnisque supellex.  
 Apprehendit quod quisque, tenet; complexibus  
 haerent,

Laceran-  
 tur cor-  
 pora in-  
 cursu ar-  
 morum.  
 Querelæ  
 in pha-  
 raonem.

Morien-  
 tiû cura.

Eurymedon diues  
 auarus.

36  
 Pharao  
 seruatus  
 ad specta-  
 culum.

Impediuntque simul miseri, simul aequore pendent,  
 Mergunturque simul; temerèque natantibus armis  
 Incursum lacerant artus, pontumque cruentant  
 Purpureo, ut rubrum ducat de sanguine nomen.  
 In Pharaona fremunt omnes, si quando sub auras  
 Emersere, vouent diris adamante rigentem  
 Cervicem, & luci æthereæ impenetrabile pectus.  
 Vxores alij viduas, tadæque recentes  
 Conquesti memorant, & primo flore iuuentam.  
 Hi teneras proles animis, & dulcia in ore  
 Nomina habent: fessorum alij meminere parentum,  
 Et senium gemitu repetunt, orbosque Penates.  
 Dives agri, infossis dives tellure talentis  
 Eurymedon tellure caret; tamen incubat auro,  
 Accusatque inopes urnas, quibus antè sepultam  
 Condiderat cum spe mentem; queriturque repertis  
 Heredem fore Fortunam cum tempore nummis  
 Ingratam, tabulis sine nomine Testatoris.  
 CUIQUE suis cordi haeret amor, curaq; recursant:  
 AT VITAM, & curas surdis Mors dissipat undis,  
 Inuoluitque fretis. Sed adhuc in gurgite vasto  
 Innabat Pharao curru, validoque iugales  
 Remigio crurum enixi per summa trahebant  
 Equora vix capite extantem; sic, nempe, ferebat  
 Vnda, volente Deo, trepidum; saeva unde suorum  
 Funera spectator, supremoque editor actu

Aspiceret,

Aspiceret, gereretque suas in munere partes,  
 Præcipuus scena nodus, scelerumque repertor.  
 Ad latera adnabant furnis hinc inde Paredris  
 Pendentes summas Iannes, Mambrésque per undas:  
 Illos fatidici deludit honore sepulcri  
 Dæmonis ars: promisit enim post fata superbam  
 Pyramidem, & iunctos septis ingentibus hortos,  
 Felices his Elysiis à funere Manes,  
 Dispositas inter longo quincunce cupressos,  
 In dubiis hominum fatis responsa daturos.  
 Larvarum domus hæc, dirisque Lemuria sacris,  
 Queis Phary tristes soliti iactare lupinos,  
 Infernasque datis exposcere sortibus umbras.  
 Hoc posuisse Magos bustum sibi, prodidit olim  
 Fama vetus: fecere fidem Cocytia spectra,  
 Larvarum dira facies feralibus hortis  
 Christiadam tandem Heroum virtute fugata.  
 Hos igitur frustra tentantes ire per auras  
 Præpetibus Lemurum pennis, vanoque natatu  
 Conatos fulcire, animis Pharaona cadentem,  
 Quæq; carent, dare spem Regi; sic increpat ore  
 Fulmineo super assistens Michaëlius Ales.

Nunc, etiam nunc Icariis confiditis alis,  
 Monstra Erebi? nec posse freto speratis Erythra  
 Impuras hauriri animas? vos ille fefellit  
 Mendacj Pater obliquus: iam flamma per undas  
 In barathrum factura viam vos fulmine trudit.  
 Discite Circeis telum hoc auertere verbis.

Dixit, & intortâ transfixos pectora flammâ  
 Mersit aquis; Stygiosque animas diuisit in ignes.

Restabat Pharao de tot modo millibus vnus;  
 Quem circum Furie volitant; atraq; remordent,  
 Et fodiunt cura non consolabile pectus:

Magi flui-  
tant iux-  
ta Regē.

Delusi à  
Dæmone,  
promisso  
in hortis  
sepulcro.

Oraculū  
in eorum  
sepulcro.

Palladius  
in Vita S.  
Macarij.

37  
Mors  
Magis il-  
lata à S.  
Michaë-  
lis.

38  
Pharao-  
nis casus.

M

His

178 MOYSES VIATOR.

*His refricat dictis tristes Rhamnusia sensus.*

*Sanguine civili terras, & sanguine Tethyn.*

Consciē-  
tia scele-  
rum eum  
fodiunt.

Impietas  
in suos.

Regnum  
amissum.

Et nomen  
Regis.

Rex, ima-  
go Dei, &  
maiestas.

Duritia  
immise-  
rabilis.

Despera-  
tio.

*Innocuo fœdasse manu ? mentisque scelestæ*

*Consiliis, læna, cæcæque cupidine regni*

*Præcipitasse ultrò regnum terræque, marique ?*

*Vt quid enim regnum potius quis nuncupet vrbes*

*Ciuiibus exhaustas, vacuos cultoribus agros,*

*Vastæque terrarum, innumera quàm millia gentis ;*

*Et populos, Proceresque, animis qui iussa paratis*

*Accipiunt ; capiti parent, & lege reguntur ?*

*OBSEQUIVM populi iusto sub Principe regnum est ;*

*Non vacuus ditiois ager, finesque relictæ.*

*Quid superest regno amisso, nisi nomen inane*

*Principis, æternusque pudor ? nam turpis egestas,*

*Atque alij possunt finire morte dolores :*

*At memores lacerant animos post funera dira.*

*Absorpta est, manibusque tuis hoc gurgite mersa*

*Imperij fortuna tui : proh ! regia quantum,*

*Quàm rarum fortuna bonum ? quàm dulce ? Dei-  
que*

*Augustum decus, & sacra maiestatis imago ?*

*Heu ! tibi tam meminisse graue, & periisse puden-  
dum,*

*Et culpa periisse tua ! stolidissime Regum.*

*Ah ! Pharao, non iam Pharao ! ô stultissime Chenchri,*

*Si primò audisses Mosem, si denique Mosem,*

*Audisses, facilis que animos ad iussa dedisses ;*

*Audires Pharao, & regni fortuna maneret*

*Incolumis ; tellusque tibi, cælumque faueret.*

*Et potes auerso vitam producere cælo ?*

*Quin moreris ? cumulâsque tuo tot funera fato ?*

*Molle iter, & medio in pelago facilis via lethi.*

*Talibus instigat duram Rhamnusia mentem :*



*Nec meminisse iubet venia, nec spem adiicit ullam  
 Auxilij, lacrymasve ciet; nec tendere dextras  
 Ad Superos cum voce monet; nec denique lucem  
 Pectore, diuinam lucem, vitæq; parentem  
 Accipere, ut saltem vita cœlestis in auras,  
 Quod caput, emergat, demerso spiritus vitæ.  
 O MALA mens! durique horrenda nouissima cordis!  
 Aridus, oblitusque Dei natat aquore pumex,  
 Oblitusque sui; neque morsu tangitur ullo;  
 Nec subitis, quos ipsa ciet Natura periclis,  
 Teste anima, motus, oculis, aut vocibus edit,  
 Imploratve ullo gemitu summum æthere Numen:  
 Sed querulo indignans hæc secum obmurmurat ore.*

*Obruimur pelagi insidiis, non vincimur, inquit,  
 Quod regnum fortuna tuum est: audacia nunquam  
 Defuit, aut virtus nobis: verso ordine fati  
 Isacidis insana faues, meque aquore prodis.  
 Hauseris ut pelago regnum, & simul omnia, nun-  
 quam*

*Virtutem seua eripies, famamque; parentant  
 Cætera cuncta mihi. Confusis legibus orbis  
 Occido: nec tanto pigitum me funere mergi:  
 Nec tibi ero supplex: nec si quod in æthere Numen  
 Humanas aliud sortes malè temperat urna,  
 Quanquam ingrata mihi debes memorabile nomen.*

*Sic fatus, caput abdere aquis optabat aperto  
 Ore inhians: captat refugas ceu Tantalus undas.  
 Quadriuges nando fessi iam salsa fluebant  
 Sub vada, cum currus paulum de parte supina  
 Extanti Oceanum ostendit, molèmq; sepulcri  
 Exhibuit moribundo, animisque in fata ruenti.*

*Ut patuit cælo pectus, loricæque terno  
 Per squamas adamante rigens: telum exerit Ales*

M 2 Armipotens,

Extrema  
 obstina-  
 tio sine  
 pœnitentia.

40  
 Indignantis  
 querelæ  
 superbi.

Fastus  
 superbi.

41  
 Optat,  
 queritque  
 mortem.

42  
 Percutitur  
 à S. Michaë-  
 le, à quo  
 & Satanas  
 percussus.

180 MOYSES VIATOR.

*Armipotens, quo fastu olim Pythona tumentem  
Perculit; & tali libratum voce per auras  
Prosequitur: Morere, infelix. I, luminis osor,  
In tenebras; ubi flamma vorax, & luminis expers  
Aut liquat, aut frangit iunctis adamanta metallis.*

*Hoc tibi sit lethi decus, & memorabile nomen.  
Hec manus, hoc telum, quibus est à cardine mundi  
Ille draco deiectus; idem fert vulnus, utrique*

*Percutiet  
etiam An-  
tichristū.*

*Causa eadem: cadet hoc etiam teterrima telo  
Bellua, quæ Christi regno feret amula Regem:  
Non nisi monstra cadunt isto, quæ maxima, ferro,*

*Dixerat, ille vadis expirans conditur imis,*

*Iniecto  
plūbi ta-  
lento mer-  
gitur In-  
feris.*

*Pérque salum rapidis ruit in Phlegetonta quadrigis;  
Nam granis iniecto plumbi quadriga talento  
Findit aquas; panditque viam, vel pondere frangit.*



LIBRI